

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Supplementum omnium eorum, quae in veteri Breviario  
Einsidlensi desiderantur quaeque per Novissimam Bullam  
Clementis XII [...] sub regula s. P. Benedicti in tota  
Germania militantibus die Nov. 1787 ...**

**Klemens <XII., Papst>**

**[Ettenheimmünster], 1738**

Decreta generalia circa rubricas

[urn:nbn:de:bsz:31-120349](#)

Rit. Congr.  
Sanctis duc.  
Descriptis,  
tate Ott.  
usmet San.  
Panano de-  
is in pra-  
aut quibus  
er concebu.  
ari retine.  
Corpora,  
openen-  
locorum  
neratione  
exhibenda  
icio et Mysa,  
precepto re-  
institutione  
usti 1691.

et Sanctiss: approbavit die 19. Octobris  
eiusdem anni 1691.

XVII

Loco + Sigilli.

I. Vallemarus S.R.C.  
Secretarius.

## Decreta generalia circa Rubricas.

Cum sacrotum Rituum Congregationi  
demissè supplicatum fuerit sequentia  
dubia declarare.

Primum. An, cum multis Congregatio-  
nibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Natio-  
nibus concessum sit à S. Sede Apostolica, ut  
semel, vel pluries in singulis hebdomadis,  
vel mensibus celebrentur varia officia per  
annum, V.G. de Sanctissimo Sacramento  
vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo

festo duplice, vel Semiduplice, licet eiusmodi  
officia facere etiam in diebus s. Quadrage-  
simæ, Adventus, Vigiliarum, et Quatuor  
Temporum, etiamsi de his diebus nulla sit  
facta specialis mentio in aliquibus officio-  
rum concessionibus?

**Secundum.** An dies impeditus festo  
duplice vel semiduplice pro dictis officiis reci-  
tandis, intelligantur etiam dies, in quibus  
ponendum est officium defesto duplice, vel  
semiduplice translato, quemadmodum dici-  
tur, responsum fuisse olim à S. Congrega-  
tione: Quod scilicet festum duplex, vel se-  
miduplex etiam translatum, nec non dies  
Octave sit dies impeditus respectu talium  
officiorum.

**Tertium.** An Regulares abesse speciali  
privilegio, sed solum communicatione privi-  
legiorum aliarum Religionum possint addere

nomen sancti Fundatoris in Litanüs, et Confiteor, itemque recitare officia, et Missas Concessas aliis Religionibus?

Sactorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Dni Cardinalis Colloredo respondit;

Ad Primum, Negative, et huiusmodi indulta non habere locum in ferius Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigilium sive cum jejunio, sive ab que jejunio, nec in feria secunda Rogationum, vel in illa Feria, in qua secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ.

Ad Secundum, Affirmative.

Ad Tertium, Negative in omnibus.

Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper, ut declarationes, seu Decreta predicta omnibus intestant, typis ea imprimi mandavit die 20. Martij 1706.

G. Cardinalis Carpineus

Loco + Sigilli.

B. Inghyrami S.R.C.  
Secr: